Kronike

- 12.-14. stoljeće
- Nalazimo kronike:
  - Koje nastaju na hrvatskim povijesnim područjima
  - Koje se odnose na hrvatska povijesna područja
  - Koje se odnose na slavenske ranosrednjovjekovne države

Ljetopis popa Dukljanina

- Stvarni naziv kronike je *Regnum Sclavorum*
- Još se naziva i “Barski rodoslov”
  - Sadrži katalog slavenskih vladara

- Vrijeme i mjesto nastanka
- Druga pol. 12. stoljeća
  - U Duklji u gradu Baru
- Novija teorija – druga pol. 13. stoljeća

Autorstvo

- Nepoznato
- Pretpostavke:

a) Anonimni svećenik Dukljansko-barske nadbiskupije

b) Barski nadbiskup Grgur, porijeklom iz Zadra

c) Cistercit po imenu Rudgerius, inače porijeklom iz Češke

- Postojala je i **slavenska redakcija** – tekst kronike na slavenskom jeziku

- Sam autor kazuje da je preveo djelo na latinski

"Budući da ste me zamolili, voljena braćo u Kristu i poštovani svećenici svetog sjedišta nadbiskupije Dukljanske crkve, kao i veći broj plemića, a najviše mladih iz našeg grada, koji uživaju ne samo u slušanju ili čitanju o ratovima, već u samom ratovanju, kako je to već običaj kod mladih, da *Knjižicu o Gotima*, koju se latinski naziva *Regnum Sclavorum*, u kojoj su opisana sva njihova djela i ratovi, prevedem sa slavenskog pisma na latinsko, prisilivši moju osobnu starost, a nagnan bratskom ljubavlju, potrudio sam se da udovoljim vašem zahtjevu. "

Teme

- O dugoj crkvenoj tradiciji Bara
- O slavenskim vladarima
- Opisuje sve susjedne narode i njihove vladare
- Pokrštavanje južne Dalmacije i zaleđa

- Opisuje događaje od 5.-sred. 12. stoljeća

- Sam autor kazuje da piše po kazivanju drugih

“No, ipak, neka niti jedan čitatelj ne misli da sam napisao išta drugo osim onoga što sam čuo od naših otaca i stare gospode, što se prenosi kao istinito kazivanje.”

- Uvodni dijelovi
  - Faktografske netočnosti
  - Romantizirana i nepouzdana slika o pokrštavanju Slavena, njihovoj etnogenezi i oblikovanju državnih i društvenih zajednica
  - Kronika većim dijelom nepouzdana jer se najčešće ne oslanja na izvore

- Dukljaninova “gotomanija”
- Doseljavanje Gota u rimsku provinciju Praevalis krajem 5. stoljeća
- Goti = Slaveni
- Stvaranje gotskog (slavenskog) kraljevstva
- Pokrštavanje Gota (Slavena)

O Hrvatskoj

- Hrvatska – ime dviju pokrajina slavenskog kraljevstva
- Bijela Hrvatska ili Donja Dalmacija: *vocavit Croatiam albam, quae et inferior Dalmatia dicitur*
- Crvena Hrvatska ili Gornja Dalmacija: *Croatiam Rubeam vocavit, quae et superior Dalmatia dicitur*

- Dio kronike koji govori o događajima od sred. 10.-pol. 12. st.
- Uglavnom pouzdan
- Stvaranje države sa središtem u Duklji
- Uspon dinastije Vojislavljevića

- S književnog stanovišta
- Najkvalitetniji je dio o ljubavnoj priči
  - Dukljanskog kneza Vladimira i njegove žene Kosare (kći bugarskog cara Samuila)
  - LEKTIRA!

- Hrvatska redakcija Ljetopisa
- Splitski patricij Dmine Papalić 1500. pronašao u Poljicima hrvatsku redakciju Dukljaninova teksta
  - Na hrvatskom jeziku

- Obično se smatra da je nastala u 14. ili 15. st.

- Uglavnom sadržajna poklapanja

- Prilagodba u hrvatskoj redakciji:
  - Slaveni (Goti) = Hrvati
  - Prvi pokršteni knez Svjatopluk postaje Budimir
  - Hrv. redakcija u dodatku donosi poznatu legendu o smrti kralja Zvonimira

Toma Arhiđakon

- *Historia Salonitana*

- Sadržaj
  - Povijest splitskih nadbiskupa

ZASEBNO PREDAVANJE!

Miha Madijev de Barbenzis

- Miha Madijev (oko 1280.-oko 1338.)
  - Splitski patricij

  Sastavlja djelo
  Historia de gestis Romanorum imperatorum et summorum pontificium
  (Djela careva i papa)

  - Tzv. svjetska kronika

  - Iz prve polovice 14. stoljeća

Djela careva i papa

Obuhvaća razdoblje od 1290.-1330. godine

Teme:

- Zbivanja u zapadnoj i srednjoj Europi
- Djela papa, svetih rimskih careva i općenito europskih vladara
- Zbivanja u Hrvatskoj
  - Odnos bribirskih knezova (Šubići) i dalmatinskih gradova
  - Tendeciozna kronika: proanžuvinska tendencija

Poglavlje “O Henriku, caru Rimljana”

Godine Gospodnje MCCC trinaeste gospodin Henrik, knez Švapske, izabran je od njemačkih izbornika za cara Rimljana, koji je, spustivši se preko Lombardije, došao u Milano i ondje se dao okruniti te je zauzeo Brixen i razorio zidine grada obarajući ih na zemlju i pozvao je sve gradove Lombardije na vjernost i pokornost, te je sljedećeg dana ušao u grad, gdje je od gospodina biskupa Ostie, legata gospodina pape, bio u crkvi Svetog Ivana okrunjen.

… …

Godine Gospodnje MCCC jedanaeste, mjeseca ožujka, grad se Zadar odmetnuo od vlasti Mlečana podvrgnuvši se vlasti bana Pavla i njegovih sinova. A sljedeće godine, mjeseca svibnja, ban Pavao hrvatski plemić, preminuo je u Kristu, te je Mladen, njegov sin, postavljen za bana. U isto je vrijeme papa Klement sazvao u Vienneu u Burgundiji sinod i vijeće biskupa i mnogih knezova i baruna. Ondje je uzeo učešće gospodin kralj Francuske te mnogi drugi baroni i markgrofovi. U ovom je vijeću uredio mnoge stvari i najprije je uništio red Templara, dajući dobra i posjede Hospitalu Sv. Ivana, te je naredio prijelaz preko mora za narednih pet godina izopćujući sve koji zauzimlju dobra crkava. A gospodin car izašavši iz grada Rima stao je opsjedati Perugiu, rušeći sve kaštele i zaseoke, potom je opsjeo Firenzu s vrlo velikom vojskom.

Kronika “A Cutheis tabula”

- *A Cutheis* (odnosno iz rukopisa obitelji Cutheis)
  - Kronika Splita 1348.-1371.: crkvena, društvena i politička
  - Posebno vrijedno djelo jer govori **o kugi u Splitu**

- Kronika je ostala sačuvana samo u fragmentima

- Smatra se da je autor teksta

a) Anonimni pripadnik patricijske obitelji Cutheis koja se kasnije nazivala Jeremija (Se Geremia)

b) Marin de Cutheis

Kuga

- Slikovit opis užasa - jeza i dramatika
- Kuga dolazi zbog "mnogih i različitih zločina ljudi, koje su počinili protiv Boga"
- Najava apokalipse
  - Zatamnnjenje Sunca i Mjeseca
  - Potresi i padanje zvijezda sa neba
  - Vukovi = demoni

Obsidio ladrensis

- Kronika mletačke opsade Zadra
- 1345.-1346.

- Kronika – događaje opisuje u sustavnom vremenskom slijedu

- Dijelom i *historia*

Tekstualna predaja

- Različiti rukopisi Opsade Zadra:

1. Rukopis prijepisa Franje Jeronima de Fumatisa;
2. Rukopis prijepisa Domenica Ignazia Frauenbergera;
3. Čistopis Ivana Lučića Luciusa;
4. Izdanje u djelu *De Regno Dalmatiae et Croatiae* Ivana Lučića Luciusa ;
5. Te u djelu *Scriptores rerum Hungaricarum, Croaticarum et Dalmaticarum* Johanna Georga Schwandtnera

Opće karakteristike

- Žestoki protumletački stav autora kronike
- Autor u prvi plan kao glavne aktere stavlja Zadrane kao cjelinu
  - S posebnim naglaskom na zadarski patricijat

Struktura

- Kronika je podijeljena u dvije knjige
  - Prva ima dvadeset i četiri poglavlja
  - Druga ima dvadeset poglavlja

Sadržaj

- Političke i društvene prilike u Zadru u prvoj polovici 14. stoljeća

- Uvid u:
  - Onodobnu diplomaciju,
  - Opis ratne opreme i vojnih akcija
  - Opis svečanih ceremonija,
  - Topografija Zadra i njegove bliže okolice itd.

Prvi dio

- Vojni pohod kralja Ludovika u Hrvatskoj i Dalmaciji
- Odnos i tijek sukoba Zadrana i Venecije
- Unutarnje prilike u Zadru
  - Npr.: opisuje događanja koja su pratila opsadu, poput podizanja gradskog barjaka na trgu na blagdan sv. Krševana
  - Emotivna stanja stanovništva Zadra poput opisa tuge zbog zločina koji su učinili zadarski gusari

Drugi dio

- Odnos Zadrana, Venecije i kralja
- Prikaz tijeka sukoba Zadrana i Mlečana
- Društvena atmosfera u Zadru
- Vidljiv je stav zadarske patricijske elite toga razdoblja prema Mlečanima

Autorstvo

- Iz samoga djela ne saznajemo tko je autor
- Obrazovan, ali se slabije služio latinskim
- Vjerojatno Zadranin plemićkog roda
- Pretpostavke da je bio stariji svećenik iz patricijske obitelji

Motivacija za sastavljanje djela *Obsidio Iadrensis*

- Autor kronike navodi kako želi "ukazati na mletačka zvjerstva i ostaviti ih budućim generacijama"
- S druge strane želi ostaviti dojam objektivnosti "i prikazati događaje, i glavni uzrok sukoba i sporove među suparnicima"

“Memoriale”

- Paulus de Paulo (Pavao Pavlović): *Memoriale*
  (*Memoriale Pauli de Paulo patritii jadrensis (1371-1408)*)
  - Kraj XIV. i početak XV. stoljeća
  - Sačuvan fragmentarno

To je jedini "dnevnik" hrvatskog srednjovjekovlja

- Žanrovski – dnevnik-kronika
  - Oslonjena na grčku i rimsku memorijalnu tradiciju
- Zadarski patricij koji je uz godine bilježio događaje koje je sam doživljavao u Zadru

- Pavlović je pouzdan autor
  - Njegovi se podaci mogu provjeriti u drugim vrelima

- Retorički i literarno – slab latinitet

- Formalno i stilski nedotjerano

Obilježja

- Pisan u prvom licu jednine
- U nekim odlomcima ne osjeća se subjekt iskazivanja kao pripovjedač
  - Uglavnom kad autor nije sudjelovao u događajima
  - Kad opisuje razne događaje poput potresa, promjene vremena i sl.

- Opisuje privatne događaje (spominje članove svoje obitelji)
- Javne događaje u kojima Pavlović sudjeluje kao političar, pravni zastupnik, izaslanik, rektor

- Sastavlja memoarsko izvješće: događaji iz javnoga političkog života Zadra

- Kronološki poremećaji – odnosno kronološka nesređenost
  - Događaji nisu bilježeni u kronološkom slijedu (možda uslijed naknadnih prepisivanja jer Memoriale nije sačuvan u originalu)
  - Nedostaje kronološka simultanost – uobičajena u srednjovjekovnim kronikama i ostalim žanrovima

- Kronološke lakune
- Npr. Nedostaju događaji od 1371.-1378.

- Zapisi se razlikuju prema duljini
  - od jedne rečenice, do duljih odlomaka

Tzv. Zagrebačka kronika i Popis biskupa

- Fragment kronike umetnut u Statute Zagrebačkog kaptola
  - Prva redakcija Statuta 1334., druga redakcija oko 1354.

- 1633. kao uvod Statutima privezan je

a) Pregled hrvatsko-ugarskih vladara (tzv. Zagrebačka kronika
b) Popis zagrebačkih biskupa do 1350.

- Kronika po tipu ugarskih kronika
- Ukratko o kraljevima i biskupima
  - Taksativno pobrojavanje
  - Osnovni biografski podaci

- Autorstvo nepoznato

- Ranije, **krive pretpostavke** da je autor Ivan, gorički arhiđakon
- Ivan je autor Statuta – pa se pretpostavlja da je sastavio i kroniku i popis

- Autor je vjerojatno neki drugi član Zagrebačkoga kaptola

Emendanda:

Pag. 1. liu. 26. protuerant leg. potuerant.

Dei nomine invocato. Ad laudem eius et domini nostri Jhesu Christi matrisque ipsius virginis gloriose et tocius celestis curie, quedam utilia et memoria digna pro statu capituli zagrabiensis ecclesie tam in registrandis iuribus, redditibus et proventibus ipsius capituli ac eciam aliis incidenter quam in statutis editis ab olim in sensu ut plurimum et nunc ad litteram per ordinem subsequenter, que quicumque de corpore ipsius capituli voluerit cum effectu memoriter retinere, suoque loco et tempore ordinate patefacere invenietur inter eos, quos regit racio concordie, seminacio et status ipsius ecclesie pro suo modulo fidelissimus conservator. Scripta autem et collecta sunt in unum, que secuntur, anno dominice incarnacionis millesimo CCCXXXIIII, et pupplicata in vigilia beati Laurencii martiris, eodem anno. Quamvis post hec sint quedam addita et de novo conscripta sicut plurimum ex datis singulorum plenius apparebit.

Ante omnia autem est nota dignum, quod ecclesie zagrabiensis kathedralis est fundator rex Hungarie sanctissimus Ladizlaus, cuius festum colitur quinto kalendas julii et eius obitus recolitur anno dominice incarnacionis M. nonagesimo quinto, quarto kalendas augusti, feria prima. Tempore autem eius regiminis notabilius in aliqua parte Sclauonie et in aliqua totaliter cepit vigere nomen Christi. Ipse eciam zagrabiensem ecclesiam in honore sanctissimi regis Stephani fundaverat, et multis possessionibus, iuribus et prerogativis dotaverat; sed processu temporum, advenientibus Tartaris et totum regnum Hungarie ac eius decorem flebiliter devastantibus tempore domini Bele regis quarti, filii Andree regis, patris beate Elyzabeth, privilegia ipsius ecclesie, metu ipsorum Tartarorum fuerunt asportata pro conservacione in insulam marinam Arbum vocatam, nec exinde protuerant omnia rehaberi, et quomodo hoc acciderit ignoratur, ex quo nullus iam vivit, qui facti seriem posset scire, et sic creditur, quod propter hoc non in paucis suis iuribus dampnificata fuerit ecclesia supradicta, que per dominum Thymotheum, olim ipsius ecclesie episcopum, cum novo opere serario honorabiliter incepta, prout apparet nunc, processisse recolitur et procedit adhuc domino concedente.

Et quoniam supra describitur obitus beatissimi regis Ladizlai, visum fuit eciam ducum a tempore ingressionis eorum Pannoniam, et omnium regum Hungarie tam nomina quam tempora regiminum, in quantum occurrit memorie, describere pro futuris. Relacio enim Hungarorum in scriptis ab olim redacta, inter cetera quam plura habet, quod anno ab incarnacione domini octingentesimo sive octocenteno et octuagesimo nono de gente scythica, oceano in septemtrione coniuncta, magna multitudo fines Pannonie intraverat et potenter occupaverat totam Pannoniam iure here-

ditario possidendam. In qua gente quamplures fuere duces, sed finaliter unus ex [eis] fuit principalis, forsan ab aliis propter suam nobilitatem et virtutes [elatus], qui nominatus est vel nominabatur Almus. Huic in ducatu successit eius filius, qui vocabatur Arpad. Huic successit similiter eius filius . . . . . ta qui nominabatur Toxon. Iste Thoxon habuit duos filios. Primus fuit dux Geyche, pater beati Stephani regis, secundus fuit dux (Mychael). Iste dux Mychael habuit duos filios. Primus fuit dux Wazul, secundus fuit dux Ladizlaus calvus. Iste dux Wazul [1]) habuit tres filios. Primus fuit dux Andreas, postea factus rex, secundus fuit dux Bela, postea factus rex, ut hec infra apparebunt, tercius fuit dux Leuente. Dux autem Ladizlaus, de quo supra, habuit filium qui vocatus est Bo . . . . . modo redeamus.

Dux Geycha, filius Thoxon, de quo supra, anno ab incarnacione domini nongentesimo LXIII, nutu tactus divino, cepit cogitare de ritibus paganismi destruendis et de cultu divino augmentando, seque fecit baptizari et tandem in sancto proposito et statu mortuus est, prout hec plenius in legenda beati regis Stephani, eius filii, sunt descripta.

Beatissimus igitur primus Hungarie rex Stephanus, ducatum Hungarie, antequam nomen regis acciperet, optinuit annis octo, regnavit autem post hec annis triginta tribus, mensibus septem, diebus quatuordecim, habuitque filium sanctum Emericum, qui eo vivente transivit de hoc mundo, virgo existens, plenus sanctitate. Obiit autem iste beatissimus rex anno dominice incarnacionis M. tricesimo IIII, [2]) die XVIII, kalendis septembris, feria quinta, in die videlicet assumpcionis virginis gloriose. Cuius corpus Albe in ecclesia maiori reconditum veneratur, quam ipse fecit fabricari et laute dotari. Hic beatissimus rex quantis graciis a deo fuit insignitus et quanta meritoria opera exercuit. in sua legenda apparent.

Post obitum huius regis sanctissimi regnum vacavit vero regimine annis undecim, mensibus quatuor et medio. Infra quod tempus prefuit regno Petrus Theutonicus, frater domine Gesle, consortis eiusdem sancti regis, forsan annis VII et ultra. Qui humatus est Quinqueecclesiis, et post ipsum Aba prefuit annis tribus et ultra, qui tumulatus est in suo monasterio.

Post hec adeptus est coronam Andreas dux, filius Wazul, [3]) de quo supra, et prefuit regno annis quindecim. Qui sanus existens adhuc prefecit post se regnaturum Salamonem, filium suum, puerulum. Tandem ipse rex confectus senio obiit anno domini M. sexagesimo. [4]) Cuius corpus est reconditum in suo monasterio Thyhon.

Rex Salamon, de quo supra, non fuit aptus ad regnandum et concordiam tenendam cum Bela duce, filio Wazul, [5]) et filiis suis scilicet Geycha et Ladizlao, postea gloriosis regibus, cum quibus semper, ut habet coronica Hungarorum, maliciose egit. Nam sanctus rex Ladizlaus ab omnibus regnicolis, post obitum Geyche regis, fratris sui, vix potuit induci ut regni gubernacula susciperet, qui cum ipso rege Salamone fecerat perfectam pacem concedendo sibi magnam partem regni, sed ipse Salomon, post aliquod tempus, de hoc non contentus in necem ipsius sancti regis conspiraverat et sic confusus et superatus ab ipso rege sancto de regno periclitatus est nullo sciente, et tandem obiit, et in civitate Pola sepultus est.

[1]) Izpr. Ladizlaus calvus. [2]) Izpr. MXXXVIII. [3]) Ladizlai calvi.
[4]) Izpr. M. sexagesimo primo [5]) Izpr. Ladizlai calvi.

Post hec regnavit Bela, dictus Begon, filius secundus Wazul, [1]) de quo supra, obiit autem anno domini MLXXIII, [2]) tercio idus septembris, et sepultus est in suo monasterio saxardiensi. Hic reliquit duos filios, scilicet ducem Geycham, postea regem et sanctum Ladizlaum regem.

Post hec regnavit annis tribus Geycha, primogenitus Bele regis, de quo supra, qui obiit anno domini MLXXVII, octavo kalendas maii. Cuius corpus est humatum in ecclesia waciensi, quam ipse construxit. Iste fuit rex christianissimus et habuit duos filios. Primus fuit dux Colomanus, postea rex, secundus fuit dux Almus, pater regis Bele secundi.

Post hec regnavit beatus rex Ladizlaus, filius secundus regis Bele, de quo supra, annis decem et novem, mensibus tribus. Hic multis meritoriis operibus peractis, prout superius ponitur, migravit ad dominum anno domini M. centesimo [3]) quinto, IIII kalendas augusti. Qui autem vult scire eius meritoria opera, perlegat ea, que sunt descripta in sua legenda.

Post hec regnavit Colomanus rex, qui fuit episcopus waradiensis, de quo supra in proximo, primus filius regis Geyche, annis XVIII, mensibus sex, diebus quinque. Obiit autem anno domini MCXIIII, tercio nonas februarii, feria tercia. Cuius corpus Albe quiescit. Hic habuit filium Stephanum ducem, qui eidem successit in regno.

Post hec regnavit rex Stephanus secundus annis XVIII. Obiit autem anno domini M. centesimo XXXI. Cuius corpus requiescit Waradini.

Post hec regnavit rex Bela secundus, filius ducis Almus, de quo supra, annis novem, mensibus XI et diebus XII. Obiit autem anno domini M. centesimo XLI, idus februarii, feria quinta. Cuius corpus Albe quiescit. Hic habuit filios tres. Primus fuit dux Geycha, postea rex, secundus fuit dux Ladizlaus, tercius fuit dux Stephanus.

Post hec regnavit Geycha rex tercius, de que supra, annis viginti, mensibus tribus, diebus quindecim. Obiit autem anno domini millesimo CLXI, secundo kalendas junii. Cuius corpus Albe requiescit. Hic habuit filios quatuor, primus fuit dux Stephanus, postea rex, secundus fuit rex Bela, tercius fuit dux Arpad, quartus fuit dux Geyza.

Postea regnavit rex Stephanus, de quo supra in proximo, annis XI, mensibus novem et diebus tribus. Hic obiit anno domini M. centesimo LXXII, duodecimo kalendas februarii, cuius corpus Albe humatum est.

Post hunc usurpavit sibi coronam Stephanus, filius Bele, de quo supra, per menses quinque et expulsus obiit in Zemlin.

Post hec rex Bela tercius, filius Geycha, de quo supra, regnavit annis XXIII, mense uno, diebus decem et novem. Obiit autem anno domini MCXC. [4]) nono kalendas maii, cuius corpus Albe requiescit. Hic reliquit filios quatuor, primus fuit dux Emericus, qui successit ei in regno, secundus fuit dux Andreas, postea rex, pater regis Bele quarti, tercius fuit dux Salamon, quartus dux Stephanus.

Post hec regnavit rex Emericus, filius regis Bele, supra proximi, annis VIII, mensibus VII, diebus sex. Obiit autem anno domini MCCIIII, secundo kalendas decembris. Hic sepultus est in agri(ensi ecclesia). Hic habuit filium primum, qui fuit dux Ladizlaus, qui ei successit in regno.

[1]) Izpr. Ladizlai calvi. [2]) Izpr. MLXIII. [3]) Izpr. nonagesimo. [4]) Izpr. MCXCVI.

Post hec regnavit rex Ladizlaus secundus, filius regis Henrici, ut supra, mensibus sex, diebus duobus. Obiit autem anno domini MCCXI,[1]) quinto nonas maii, cuius corpus Agrie requiescit.

Post hec regnavit rex Andreas, filius regis Bele tercii, ut supra, annis XXX, mensibus tribus, diebus XXV. Hic multa opera meritoria exercuit in edificandis et dotandis ecclesiis secularibus et regularibus et introducendis religiosis diversis, victoriaque habita ad sepulchrum domini. Obiit anno domini MCCXXXV, undecimo kalendas octobris. Cuius corpus in monasterio suo Egres requiescit. Hic reliquit filios tres. Primus fuit dux Bela, postea rex, qui ei successit, secundus fuit dux Colomanus, tercius fuit dux Andreas.

Post hec regnavit rex Bela quartus, filius regis Andree, ut supra, annis XXXV, mensibus septem. Obiit autem anno domini MCCLXXV,[2]) nonis maii, cuius corpus requiescit in ecclesia fratrum minorum Strigonii. Hic habuit duos filios, primus fuit dux Stephanus, postea rex, secundus fuit dux Bela.

Post hec regnavit rex Stephanus, de quo supra in proximo, annis duobus, mensibus tribus, diebus quinque. Hic fuit multum austerus et obiit anno domini MCCLXXVIII,[3]) idus augusti, cuius corpus requiescit in insula budensi in ecclesia beate virginis. Hic habuit unum filium, ducem Ladizlaum, qui ei successit in regno, et tandem fuit prope Waradinum per Cumanos interfectus, sine herede, anno domini MCC nonagesimo.

Supradictus autem rex Stephanus, filius regis Bele, habuit filias tres, ex quibus una vocabatur Maria, que fuit tradita in consortem magno Karolo regi Sicilie, ex qua ipse rex habuit filios quinque. Primogenitus fuit dux Karolus, qui debebat succedere patri suo in regno Sicilie, secundus fuit sanctus Lodovicus episcopus tholosanus, tercius fuit rex Robertus, quartus fuit Philippus et quintus Johannes, principes.

Predictus ergo dux Karolus habuit filium Karolum, regem Hungarie, qui fuit coronatus anno domini MCCC, et regnavit annis XLII. Obiit autem anno domini MCCCXLII, XVIII die mensis julii. Cuius corpus reconditum est Albe in ecclesia maiori.

Iste rex multas adversitates fuit perpessus a principio sui regiminis per annos quamplures a tirannis sui regni infidelibus et tandem factus fuit potens et in regno pacifico vitam finivit relictis filiis tribus, duce Lodovico, postea facto rege, qui ei successit, duce Andrea, facto rege Sycilie, Stephano Dalmacie, Sclauonie et Croacie duce, qui nunc in ipso suo ducatu existit, scilicet anno domini MCCCLIIII.

Nunc autem regnat laudabiliter dominus Lodovicus, de quo supra, qui potencior fuit factus de patre suo, et subiugavit Croaciam et Dalmaciam a medio Carnerii usque ad fines Duracii, qui eciam nos et nostram ecclesiam liberavit ab onere castri Medue. Hic fuit coronatus post obitum patris sui die sexto, scilicet dominico, anno domini MCCCXL secundo.

[1]) Izpr. MCCV. [2]) Izpr. MCCLXX. [3]) Izpr. MCCLXXII.

De nominibus et temporibus regiminum episcoporum zagrabiensis ecclesie.

Ex quo descripta iam apparent nomina et regimina regum Hungarie non est inconveniens, si eciam nomina episcoporum zagrabiensium similiter describantur in quantum occurrit.

Primus ergo episcopus prefuisse ipse ecclesie zagrabiensi reperitur nomine Duh, qui creditur fuisse tempore domini beati Ladizlai regis, ex quo ipse est fundator ipsius ecclesie zagrabiensis, et forsan fuit de littera sclauica, quod bene inportat suum nomen Duh, id est spiritus.

Huic successit dominus Bartholomeus, et forsan tempore eiusdem Ladizlai regis gloriosi, non tamen nomen huius in privilegiis vel alias invenitur, et forsan pro eo quia antiqua privilegia ecclesie perdita sunt, sicut supra in principio dictum est.

Huic successit dominus Francita, cuius nomen bene in privilegiis ecclesie reperitur, et forsan fuit Gallicus, quod nomen suum quasi importat, et sicut potest perpendi fuit tempore beati Ladizlai regis.

Huic successit dominus Bernardus, sed cuius regis tempore non bene occurrit, nisi melius perspicerentur privilegia ecclesie, et forsan fuit Cathalanus, quia Cathalani habundant hoc nomine et eciam Burgendi.

Huic successit dominus Mathianus et similiter non occurrit quo tempore prefuit ecclesie quantum ad annos domini a tempore gracie. Hic primo fuit canonicus Jerosolimitanus, et forsan fuit de Jerusalem sive de partibus orientis.

Huic successit dominus Dominicus, cuius iam littere apparent et eciam sepulchrum in ecclesia maiori, sub lapide rubeo marmoreo ante aram beati Mychaelis archangeli in ecclesia maiori. Huius nomen bene invenitur in privilegiis ecclesie.

Huic successit dominus Prodanus, qui quiescit sub eodem lapide albo sicut dicitur, sub quo et proximus superior. Huius nomen bene reperitur in privilegiis ecclesie, sed non littere in ecclesia, quia forsan alias reperiuntur et in quodam loco dicitur: pons Prodani.

Huic successit dominus Gothardus, quem predictus tegit lapis albus, sicut dicitur, sed adhuc non reperitur vivens qui recordaretur de ipso, sed in privilegiis ecclesie bene reperitur nomen suum.

Huic successit dominus Stephanus primus, huius littere apparent apud aliquos in ecclesia maiori, sed tempora eius regiminis non sunt nota adhuc, nisi melius perspicerentur privilegia ecclesie in quibus sine dubio posset apparere.

Huic successit dominus Stephanus secundus, qui dicitur fuisse sollempnis homo. Hic plures ecclesias in episcopatu fecit edificari et specialiter capitulum chasmense et prepositurum chasmensem ipse constituit et dotavit, et ipsam ecclesiam fecit edificari et eciam ecclesiam beate

Marie Magdalene in Chasma et plurima meritoria opera fecit. Qui obiit VI idus julii, anno domini MCCXLVII, tempore domini regis Andree, filii Bele secundi.

Huic successit dominus Philippus, de quo plures iam recordantur et fuit sollempnis persona. Hic bono zelo ductus edificavit castrum Medue pro conservando thezauro ecclesie metu Thartarorum, quia adhuc non erat murata civitas seu castrum Grecense; sed ex edificacione castri Medue male fuit provisum ecclesie zagrabiensi et pertinentibus ad eam sicut experiencia docuit et docet. Hic fuit postmodum translatus in archiepiscopum strigoniensem.

Huic successit dominus Thymotheus per provisionem sumpmi pontificis, qui laudabiliter prefuit ecclesie, quam in diversis ornamentis et vasis argenteis dotavit. Hic post multa meritoria opera obiit quarta die mensis aprilis, anno domini MCC octuagesimo VII, cuius sepulchrum apparet ante aram beate virginis in ecclesia maiori.

Huic successit dominus Anthonius per eleccionem de prepositura albensi, qui modico tempore vixit, quia sex mensibus. Obiit autem anno domini MCC octuagesimo septimo, in die beati Emerici ducis Sclauonie, filii sancti regis Stephani, de mense novembri.

Huic successit dominus Johannes per eleccionem de preposito zagrabiensi, cuius tempore fuit castrum Medue ab ecclesia alienatum et fuit per hoc ecclesia in persecucionibus posita maxime quantum ad capitulum. Hic obiit anno domini MCC nonagesimo quinto, die tercia decima octobris.

Huic successit dominus Mychael, qui cum armis defendebat in quantum poterat ecclesiam suam, qui postmodum per provisionem domini Benedicti pape XI. fuit translatus in archiepiscopum strigoniensem. Hic possedit comitatum de Gersencha et de Garigh, quamdiu fuit episcopus zagrabiensis.

Huic successit dominus Augustinus de ordine fratrum Predicatorum, vite sanctitate prefulgens prout suus exitus docet, per provisionem eiusdem domini Benedicti pape; et licet temporibus impacatis tamen utiliter et laudabiliter prefuit ecclesie tempore domini Karoli regis Hungarie et demum per dominum Johannem papam XXII translatus fuit in episcopum civitatis sancte Marie de Nucheria, ibique obiit die tercia mensis augusti, anno domini MCCCXXIII, qui usque hodie corruscat miraculis.

Huic successit dominus Stephanus[1]) de eodem ordine per provisionem domini Johannis pape, existens confessor domine Clemencie, regine Francie et Nauarre, sororis uterine domini Karoli regis predicti. Hic per eundem dominum sumpmum pontificem fuit translatus in episcopum ecclesie chorisopicensis in regno Francie, qui modico tempore prefuit ecclesie zagrabiensi.

Huic successit dominus Ladizlaus de Kobol (de preposi)tura tytulensi per provisionem eiusdem domini sumpmi pontificis Johannis tempore domini Karoli regis predicti. Hic et decimas procuravit augmentari et castrum Hrazthouicha obtinuit in lite pro ecclesia zagrabiensi coram judicibus datis ad hoc per regem eundem a Johanne Babonigh tunc magistro tauernicorum domine regine Elyzabeth, filie domini Ladizlai regis Polonie,

[1]) Opazuju se tragovi izpravka gleda toga imena.

consortis eiusdem regis Karoli et postea fuit translatus in archiepiscopum colocensem per dominum Clementem papam VI.

Huic successit dominus Jacobus de Placencia, qui fuit primo phisicus domini Karoli regis, postea episcopus chanadiensis et abhinc translatus in episcopum zagrabiensem per eundem dominum papam Clementem. Hic obiit Bude in festo beati Galli abbatis anno domini MCCCXL(V)III.

Huic successit dominus frater Dyonisius, filius Lack, per translacionem eiusdem Clementis pape de episcopatu tyniensi, qui ecclesie zagrabiensi prefuit uno mense et modicum plus, fuit translatus in archiepiscopum colocensem anno domini MCCCXLIX, tempore domini Ladovici regis.

Huic successit dominus Nicolaus, electus nitriensis, primo prepositus strigoniensis et comes capelle regie per provisionem predicti domini pape Clementis anno domini MCCCL, feria quarta infra octavas epyphanie domini.